

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio bc
cum fonte primo

Ad professionem nostram pertinet

subiectione et abiectioe gaudere,
paupertatis studium querere, et non
solum facultates sed eciam ipsas
uoluntates de cordibus eradicare. Nichil
enim habere interdum res necessitatis
est, nichil autem cupere uirtutis.

Cesarius in ammonitione XXV.

Peculiariter enim ista
ad professionem nostram pertinent:
nichil in hac uita consolationis requirere,
nichil honoris; praesentium rerum solatia
refugere, ad promissa aeternae
remunerationis animum praeparare,
subiectione atque abiectioe gaudere,
paupertatis studium quaerere, et non
solum facultates sed etiam ipsas
uoluntates de cordibus eradicare. Nichil
enim habere, interdum res necessitatis
est; nichil autem cupere, [res] uirtutis.

Eusebius "Gallicanus", *Sermones
extrauagantes*, 6, 3 (CCSL 101B, F.
Glorie ed., p.862, ll.19-26).